





93

RECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,  
**JOHANNES**  
**Deutschmann/**  
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL.  
FACULT. SUAE SENIOR, ET ALUMN.  
ELECT. EPHORUS,  
*CIVIBUS ACADEMICIS*  
S. P. D.



St terris exorta salus, mirabile dictu;  
Ipsa Dei soboles, & pignus amalamabile  
matris,

Aequa Deo virtus, cari genitororis i-  
mago,

In gremio casto tenera cervice recumbit.

Cui specus, & parvae placuere mapalia Bethlethles,  
Et casa vili humi, sub tecto paupere cunae, ie,  
Hunc coeli Dominum capiunt, quem non con capit  
orbis.

Immisi superis, pastorum turba vagorum, m,  
Plaudunt, & gratum cantu testantur amorem. em.  
Ecce fugat noctis Natus virtute labores,  
Dum lux una potest densas arcere tenebras, as,  
Innumerasque faces alto demittit ab axe  
Lumen inextinctum, media sub nocte videndlendum.  
Cœlestes adsunt genii, Regemq; salutant, ;  
Et sancto laetum modulantur gutture carmarmen;  
Agmina cœlituum pœana canentibus addunldunt,

Custod-

Custodesque sui conjungunt gaudia coetus;  
Pars calamos inflant, pars affa voce loqvuntur:  
**VIRGO DEUM PEPERIT, NON LAESA VIR-**  
**GINIS ALVO.**

Natus homo Deus est, humano corpore tectus,  
Ut posset diram terris avertere pestem  
Cœlica progenies, divina ab origine splendor.  
Ergo rumpuntur veterum simulacra Deorum,  
Velaque delubris, & pulvinaria templis  
Dissiliunt, statuaeque cadunt; thensaeq; fatiscunt,  
Et praesaga silent priscorum oracula vatum,  
Gelsaq; per nostros surgunt miracula montes.  
Terra stupet, Furiaeque tremunt, Plutoque remugit,  
Impatiens fortis, nostroque infensus honori,  
Quod Deus ex cœlo miserum delapsus in orbem,  
Tartara confudit, populis terrisq; superbum,  
Humanumque genus sua dudum funera plangens  
Eripuit viator, reparata libertate,  
Ac ruptis Erebi vinclis, formidine solvit  
Dejectas culpa mentes, vitioque revinctas,  
Et clausum nobis bonitate reclusit Olympum,  
Mortis & imperium nascens evertit & Orci.  
O magni natalis honos, quo redditia cunctis  
Vita, dat effuso nobis sua gaudia fonte,

Qvan-

Quando Pater Nati natos aeternus adoptat, t,  
Prostratisq; sinus offert, & viscera pandit,  
Et levat oppressos pretiosi corporis aura.  
Surgimus, & superant venti pia vota secundi; li;  
Provehimur celeres, portum laetiq; tuemur.  
Ergo ades, o dilecte Deo, tibi castra ministrant, rant,  
Aethere colluentes ignes, servire parati,  
Quaque patet totus pedibus se subjicit Orbis, is,  
Cujus ab adventu repetunt solatia tristes,  
Solanturq; suas moesti longo ordine curas,  
Atque novum novo venerantur sidere Sidus, dus,  
Qvod se deseruit, miseras servaret ut umbras. ras.  
Quapropter gratae ferimus munuscula mentis, ntis,  
Mirantes merito mirandi pondus amoris,  
Quo veniam cunctis ultro poscentibus offert, fert,  
Condonatq; libens noxas & crima cunctis. is.  
Tanta est insonti, tantoq; est gratia Nato,  
Quantam vix coeli possint celebrare phalanges nges.  
Nos ad adoratas laeti procedimus aras,  
Dona sacerdoti dantes cum pectore sancto: o:  
Vos pariter, Cives, largas attollite dextras,  
Dives opum Deus est, ac ditat dona ferentes. es.  
Exulet impietas, ingratus desinat error.

---

P. P. in Vigilia Nativit. Christi. A. clo Ioc XCH. CII.



